



Associazione Italiana Cultura Classica
Delegazione R. Randazzo Siracusa



Liceo Classico T. Gargallo
Siracusa

Certamen Latinum Syracusanum

MMX

EDITIO XXIV

I

Delegatio Syracusana humanarum litterarum Renato Randazzo dicata, italice *Delegazione di cultura classica Renato Randazzo* et Lycaeam-Gymnasium T. Gargallo, patrocinio confirmato Provinciae Syracusanae et Civitatis Melillensis, ad humanitatis et litterarum latinarum studia fovenda, linguae latinae certamen quotannis proponunt.

II

Certamen in partes duas est divisum: altera adolescentibus secundae classis biennii omnium Italicarum Scholarum quae classicae, scientificae magistralesque dicuntur, reservatur, altera ad earundem scholarum triennii iuvenes spectat.

III

Competitores, lexico usi, ex Latino in Italicum sermonem convertere debent orationis solutae locum auctoris aureae aut argenteae, quae dicitur, aetatis aut christianae atque commentariolum lingua latina instruere, quo loci explanatione digni brevibus adnotationibus criticis et ad linguam et ad res pertinentibus explicentur, adolescentes biennii, apto latini auctoris loco in sermonem nostrum converso, brevem paraphrasim lingua latina componere debent.

IV

Competitores ad Certamen Latinum Syracusanum admittuntur, qui octo partes punctum ferunt.

V

Certamen, secundum rationes publicarum contentionum constitutum, fit in Aula Magna Lycaeii – Gymnasii T. Gargallo, Syracusis, decimo primo die ante Kalendas Apriles MMX hora secunda (Italice ore otto). Certamen est sex horarum.

VI

Discipuli per cursorem publicum mittere debent ad *Delegazione siracusana di cultura classica Renato Randazzo* - Liceo Classico T. Gargallo, 96100 Siracusa - postulationem una cum schedula dactyloscripta quae referat nomen et cognomen competitoris cum domicili, Scholae, classis magistrique - a quo ad certamen eruditur – designatione, usque ad Kalendas Martias MMX.

VII

In postulatione nominis discipuli subscriptio simul a scholae Praeside fidei causa obsignari debet

VIII

Discipuli, certaminis die, identitatis documento (tessera–syngrapho) instructi adesse debent.

IX

Certaminis iudicum sententia, de qua nulla controversia fieri licet, victores haec praemia consequuntur:

1. Primo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa sescentorum quinquaginta € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
2. Secundo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa trecentorum € (Euro) cum testimonio ex pergamena facto;
3. tertio tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum quinquaginta € (euro) cum testimonio ex pergamena facto.

Adulescentibus secundae classis biennii, qui per primos gradus disponantur, haec praemia dantur:

1. Primo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa quingentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
2. secundo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa trecentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
3. tertio tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum quinquaginta € (euro) cum testimonio ex pergamena facto.
4. Discipulis qui certamini cum laude interfuerunt testimonium nominatim tribuitur. Magistris quoque a quibus victores eruditi sunt praemium quod constat ex libro et testimonio tribuitur.

X

De exitu certaminis per cursorem publicum epistulis missis victores certiores fiunt.

XI

Praemia victoribus persolvuntur in Curia Syracusanae Provinciae, praesentibus Provinciae Praeside qui dicitur aliisque Magistratibus Syracusanis, Studiorum Curatore, optimis viris in liberalium artium studio versatis, Praeside et Professorum Lycae *T. Gargallo* Collegio, docentibus et discipulis Scholae Syracusanae, in publicis sollempnibus, pridie Idus Maias MMX.

XII

Scripta non restituuntur.

XIII

Certamini praeest delegationis scriba quae delegata certamini parando atque constituendo munere fungitur: Lucia Arsi.

XIV

Collegium certaminis iudicum constituunt:

Professor Universitatis Studiorum, princeps collegii;

Delegationis scriba;

duo Professores Latinae et Graecae Linguae, quadraginta competitoribus praesentibus;

denis autem candidatis additis, adduntur et singuli professores.

Sententiae pluribus suffragiis statuuntur; paribus suffragiis, principis collegii vel – hoc absente – scribae sententia vincit.

Delegationis scriba collegii iudicum munere scribae fungitur.

Syracusis, die octavo ante Kalendas Novembres MMIX.

Delegationis Praeses
Marius BLANCATO

Lycae *T. Gargallo* Praeses
Carmela PACE

ADEMPIMENTI

1 Marzo 2010

Scadenza del termine ultimo per la presentazione della domanda di partecipazione, che deve recare la firma dell'alunno, del docente che ha curato la preparazione e la convalida del Preside dell'Istituto.

La domanda deve essere inviata a: Delegazione Siracusana di Cultura Classica c/o Liceo Classico "T. Gargallo" – Via Santa Orsola, 14 - 96100 Siracusa.
Tel. 0931 - 490053.

Avvertenza: L'attività del *Certamen Latinum Syracusanum* è considerata dal Ministero P.I. Ricerca ed Università come attività di *Eccellenza* (Decr. 17.04.2008). Pertanto, possono partecipare al *Certamen* solo gli studenti, che nell'ultimo quadrimestre o nell'anno precedente hanno conseguito una votazione pari ad 8/10 in Lingua e Letteratura Latina.

LUOGO E DATA DEL CONCORSO

22 Marzo 2010

Prova scritta: traduzione dal latino e commento (per il triennio) o parafrasi (per il biennio) in latino.

Appello dei partecipanti: ore 8.00.

Durata della prova: ore 6.00 (dopo la dettatura). Sede della prova: Liceo Classico "T. Gargallo" - Via Sant' Orsola, 14 - Siracusa.

OSPITALITA'

L'ospitalità è a carico dei partecipanti, che dovranno prenotare direttamente – o tramite le rispettive scuole – il posto o la stanza in albergo.

Per eventuali informazioni sulla recettività alberghiera di Siracusa telefonare alla Segreteria della Scuola: 0931 - 490053. Si consiglia inoltre di consultare telefonicamente:

prof. Lucia Arsì, coordinatrice, tel. 338-3670920/ 0931-412989;

prof.ssa Maria Pia Reale: 349-5643049 / 0931-782304.

Ai partecipanti, ai docenti e ai presidi accompagnatori sarà offerta la colazione durante la prova scritta.

PREMIAZIONE

14 MAGGIO 2010

ALLA DELEGAZIONE SIRACUSANA
DI CULTURA CLASSICA "R. RANDAZZO"
C/o LICEO CLASSICO "TOMMASO GARGALLO"
VIA SANT'ORSOLA N. 14 - 96100 - SIRACUSA

SCHEDE DI PARTECIPAZIONE

(Da riprodurre per ogni candidato – **SCRIVERE IN STAMPATELLO**)

XXIV EDITIO CERTAMEN LATINUM SYRACUSANUM

SEZIONE: BIENNIO, TRIENNIO (**Cancellare la voce che non interessa**)

CANDIDATO: _____

(COGNOME E NOME IN STAMPATELLO)

NATO A: _____ il _____

INDIRIZZO: _____

_____ TEL. _____

SCUOLA DI APPARTENENZA:

(CODICE MECCANOGRAFICO)

(E – MAIL SCUOLA)

CLASSE FREQUENTATA: _____

DOCENTE PREPARATORE: _____

(COGNOME E NOME IN STAMPATELLO)

E-MAIL DOCENTE PREPARATORE _____

DOCENTE ACCOMPAGNATORE: _____

(COGNOME E NOME IN STAMPATELLO)

Ai sensi delle leggi **675/96 e 196/2003** e del Regolamento **M.P.I n. 305 del 7/12/2006** si autorizza il trattamento dei propri dati personali per tutte le attività della Scuola inerenti il Concorso.

FIRMA DEL CANDIDATO _____

FIRMA DEL DOCENTE PREPARATORE _____

FIRMA DEL DOCENTE ACCOMPAGNATORE _____

VISTO: IL DIRIGENTE SCOLASTICO
